

zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES  
DE ACQVIREN-  
DO RERVM DOMINIO.

QVAS, DIVINI NVMINIS AVXILIO,  
SVB PRAESIDIO CLARISSIMORVM AC CONSVL-  
tissimorum virorum, D. Ioannis Michaëlis Cronenbur-  
geri, & D. Ioannis Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatore  
& Fisco, in celeberrimo Iuridicæ facultatis, apud  
Vbios Collegio, antiquo de more dispu-  
tandas proponit.

GVILHELMVS A DORNE  
DANTISCANVS.


*Anno recuperata per Christum salutis MD. XCII.  
XIII. Nouemb.*



COLONIAE AGRIPPINAE      Z  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.



## CONTINUATIO.

 *Um omnium rerum usus aut in dominio, aut in possessione ver-  
tatur, antequam ad possessionum materiam, qua usucapionis  
causa est ac fundamentum, perueniamus, prius est, ut ad mu-  
niendum cognitioni aditum, de dominij rerum nonnulla proponamus.*

VVef. par. ff. h. t. in prin.

### THESIS I.

**D**ominium à domo dictum (a) est Ius quo res nostra est. (b) Et in rebus quoq; in-  
corporalibus consistit. (c)

(a) VVef. in par. h. t. nu. 2. Robert. 2. sent. 18. (b) VVef. in rub. Inst. h. t. nu. 4. Et in par. h. t. nu. 3. Robert. d. lo. Vult. 1. Jurispr. Rom. 68. (c) arg. rub. si seruit vind. & vindicatio cō. petit non nisi domino tex. in l. 3. si vsufr. per. vid. Mynf. ad rub. Inst. h. t. nu. 6. Diss. Bartol. in l. si quis vi. §. differentia. De acquir. poss. VVef. in par. h. t. nu. 3. Schneid. in §. singulorum nu. 3. h. t. Duar. 1. disp. 17.

### II.

Est q; plenum aut minus plenum, (a) atque hoc vel directum vel utile, (b) quāuis hanc  
posteriorem diuisionem multi, legum ac rationū adminiculis destituti, ineptè reijciāt. (c)

(a) §. fin. Inst. de vsufr. VVef. in par. h. t. n. 4. Mynf. ad d. rub. Inst. de rer. diuis. (b) tex. in c. 1. §. rei autem de inuest. de re al. fact. & leg. arg. l. id est 74. de rei vind. Bartol. in d. l. si quis §. differentia de acquir. poss. n. 5. VVef. & Mynf. d. locis. Corraf. 6. Misc. 20. Don. 9. com. cap. 14. in fi. Costal. ad l. 1. si ager vectig. Vid. Robert. d. loco. (c) Cuiac 11. obs. 35. & 1. feud. tit. 3. & 2. feud. tit. 9. Duar. 1. disp. 17. Borchoft in tract. feud. cap. 1. num. 15. & alij.

### III.

Porro dominia nanciscimur aut Iure gentium, aut Iure civili (a) Iure gentiū, (de qui-  
bus hic agimus) dominium acquirimus, per occupationem, specificationem, accessionem &  
traditionem (b) de quibus singulis ordine dicemus.

(a) l. 1. h. t. §. singularum Inst. cod. (b) Vult. d. lo. cap. 70.

### IIII.

Occupatio est Iusta rei apprehensio, qua fit vel vi, vt captiuitas venatio, aut sine vi, vt  
Inuentio. (a) Captiuitas est occupatio facta Iure belli, tã hominum quã rerum (b) & ea-  
rum tam mobilium quam immobilium: (c) Res autem ab hostibus capta, & postea recu-  
perata veteri domino restituuntur. (d)

(a) Vult. d. cap. 70. (b) §. Item ea quæ. Inst. h. tit. l. naturalem §. §. fin. h. tit. (c) d. §. Item ea & d. l. 5. h. tit. Donell. 4. commen. 21. Vaco à Vacuna. 2. declarat. Iur. cap. 35. contra Cuac. 19. obseruat. 7. Couarr. ad c. peccatum. De reg. Iur. in 6. §. 11. Secundæ part. relect. Schneid. ad d. §. Item ea, qui inter res mobiles & immobiles distinguunt. (d) l. ab hostibus 12. C. de postlim. reuers. l. captiuus 20. §. 1. d. tit. Ratio est quia res æquæ ac homines Ius postliminij habent, l. 2. de capt. & postlim. reuers. vid. Ioan. Andr. latè in addit. ad Speculat. tit. de raptoribus in rubr. Duar. ad l. 1. de acquir. poss. pag. (mihij) 825. col. 1. Dd. ad l. 1. verb. bello capta de acquir. poss. Aliter sentit Ang. in d. l. ab hostibus, C. de postlim. reuers.

V.

Venatio est occupatio animalium, quorum natura est fera, si terrestrium, dicitur venatio in specie, si avium aucupium, si piscium, piscatio. (a) Venari autem omnes Iuregentium possunt. (b) Exceptis, in quibusdam casibus clericis: (c) & quidem in fundo tam suo quam alieno. (d) Imò quod quis contra prohibitionem domini cepit suum facit: (e) in alieno etiam stagno aut lacu piscari Iure civili licet. (f)

(a) Vult. d. lo. (b) §. feræ Inst. h. t. l. 3. h. t. (c) c. 1. 2. de cler. venat. & ibi gl. c. 1. distinct. 34. vid. Sebastian. Med. quaest. 7. p. 1. de venat. (d) d. §. feræ & d. l. 3. h. t. (e) arg. l. quintus 39. in fin. Ad l. Aquil. Ratio, quia quæ nullius sunt fiunt occupantium. VVef. ad d. §. feræ nu. 7. Donell. 4. com. 8. in fin. vid. Couarr. in c. peccatum. de R. I. in 6. p. 1. §. 8. 2. relect. Costal. ad l. Dinus 16. de seruit. Diss. Cuiac. 4. obser. 2. (f) l. iniuriarum 13. in fin. de iniur. Cuiac. d. loco num. 15. VVef. d. §. feræ num. 4. qui tamen in parat. h. t. nu. 7. à seipso dissentit, vt & Vult. d. loco.

VI.

Ab hoc Iure recessum est constitutione Friderici Imp. qua venationes ferarum terrestrium, exceptis apris, lupis, vrsis, in publicis locis & saltibus prohibita sunt, (a) & longius statutis recentioribus principum & nobilium, qui Ius venandi propriè sibi vindicarunt ac subditis adimerunt, aded vt nec in proprijs quidem ipsis venari liceat. Quas venationum prohibitiones Iuris rationibus suffultas esse arbitramur. (b) Quod autem principes harum prohibitionum transgressores poena capitali afficere soleant, vt Iuris equitati non consentaneum improbamus. (c)

(a) c. vni. §. 3. vers. nemo de pac. tenend. Et eius violat. (b) VVefemb. in parat. h. tit. num. 7. Gaill. 2. c. 67. Couarr. d. lo. Zoanett. latè in tract. de empt. & vend. nu. 149. & aliquot seqq. Diss. Hostiens. & Ioan. Andr. in c. non est. de decim. Tiraquell. de nobil. cap. 37. num. 140. Schurff. consil. 1. nu. 12. cent. 3. (c) arg. l. sancimus 22. C. de poen. VVef. d. loc. Gail. 2. obs. 68. Schneid. d. §. feræ. Zoanett. d. lo. nu. 192.

VII.

Per inuentionem quoque dominia rerum nanciscimur, (a) quæ est occupatio rerum aliarum quam animatarum, (b) vt thesauri (c) lapillorum gemmarum & ceterorū quæ in mari inueniuntur, (d) in quorum acquisitione nō nudus aspectus, sed ipsa apprehensio requiritur. (e)

(a) Connan. 3. comm. Iur. ciui. cap. vlt. (b) Vult. d. lo. (c) §. thesauros Inst. h. t. l. nunquā 31. in fin. h. t. Est autem thesaurus vetus depositio pecuniæ cuius memoria non extat, ita vt iam dominum non habeat, d. l. 31. §. 1. (d) §. Item lapilli 18. Inst. h. t. l. 3. §. Neratius de acquir. poss. (e) l. 1. §. 1. de acquir. poss. & ibi Zas. nu. 15. l. si Barfatoram 13. C. de fideiussor. Accurf. & Faber. ad d. §. Item lapilli. Duar. de acquiren. poss. fol. (mihi) 825. col. 1. in fin. Contrarium tenet Baro ad d. §. Item lapilli.

VIII.

Ceterum thesaurum magicis artibus in proprio vel alieno fundo inuentum, inuentor sibi non vindicat: absq; arte magica data tamen opera in alieno dominus fundi: fortuito casu, inuentor dimidium, alteram partem dominus soli consequitur: in proprio totum: in loco religioso similiter totum inuentori cedi potest: in fiscali loco vel publico vel ciuitatis, dimidium

dimidium est inuentoris, & dimidium fisci vel ciuitatis, (a) sed si emptor fundum in quo sciebat thesaurum reconditum à venditore ignorante emerit cuius ille futurus sit non inscite queritur? Et emptori adiudicandum concludo (b) Emphyteuta etiã thesaurum in fundo Emphyteutico repertum ex asse domino directo tribuet. (c)

(a) l. vn. C. de thesaur. §. thesaurus 39. Inst. h. t. Donell. 4. comm. Iur. cap. 14. Cuiac. 9. obser. 37. Robert. 1. Recept. lect. 5. feudistæ in c. quæ sint regalia. Diss. quo ad locum religiosum. Duar. cap. 4. h. t. (b) l. à tutore & ibi Castrenf. 67. de rei vind. arg. à contrario sensu l. thesaurus 15. Ad exhib. Contra Connan. 3. comm. Iur. cap. 4. (c) arg. l. fructus 7. §. si fundum sol. matr. contra tenet Angel. ad d. §. thesauros.

### IX.

Ad occupationem quoque referuntur res pro derelicto habitæ, (a) inter quas non referuntur eæ, quæ in tempestate nauis leuandæ causâ eijciuntur, (b) nisi derelinquendi animo iacta fuerint.

(a) §. qua ratione 46. h. t. l. falsus 43. §. qui alienum. De furt. l. 2. pro derelict. (b) §. vlt. Inst. h. t. l. qua ratione §. fin. h. t. (c) d. l. falsus §. si iactum. vid. Connan. 3. commen. 3. in fin. Menoch. 6. præsumpt. 30. nu. 16. 17. 18.

### X.

Specificatio est, quando ex materia siue diuersa, siue eadem atq; illa vel mea & aliena, vel aliena tamen, noua species facta est: quæ si ad pristinam formam reduci non possit, cedit specificanti, si possit, materia domino.

§. cum ex aliena 25. vbi V. Vef. Balduin. Hotom. latè h. t. l. 7. §. cum quis h. t. Donell. latè d. lo. cap. 12. Anton. Fab. 6. coniect. 15. Diss. Connan. 3. comm. 6. nu. 2.

### XI.

Confusio huc & commixtio referuntur. Confunduntur, quæ mixta, retinent modò, modò mutant formam: commiscuntur, quæ mixta semper manent eadem: illa si vtriusque domini, aut neutrius, aut alterutrius voluntate fiat, ex confusione factum commune dominis relinquit: hæc relinquit, si vtriusque voluntate facta sit: si neutrius aut alterutrius tantum, suum cuique domino non aufert, idque vindicari potest.

§. si duorum 27. & seq. ubi V. Vef. h. t. l. ad eò 7. §. 8. eod. Donell. latè d. loco cap. 20. 30. & 31.

### XII.

Accessio est modus quærendi dominij, quo res nostra fit eò quod rei nostræ accedat. Est q; naturalis aut artificialis. Illius species sunt alluuiò & procreatio: huius edificatio scriptura, pictura, plantatio, satio, textura. Ad accessionem etiã referuntur fructus. (a) Alluuiò est latens terræ aggestio à flumine facta. Itaque si vis fluminis partem aliquam prædio tuo detraxit, & meo adiecit, tua manet, nisi cum eo coaluerit, (b) fundo tamen adiectum per alluuiõnem cum iurisdictione non acquiritur. (c)

(a) Vult. d. cap. 70. (b) §. prætor nu. 20. & ibi V. Vef. & Mynf. Inst. h. t. l. ad eò 7. §. 1. h. tit. l. 1. C. de alluuiò. Donell. d. lo. cap. 27. contra Hotom. d. §. præterea qui hanc definitionem alluuiõnis improbat. (c) text. in l. Attius 38. h. tit. Emanuel Zoaret. in thesau. recept. sent. litt. A. num. 172.

Insula

XIII.

*Insula in flumine nata eorum est, quorum ripis proximior est, pro modo & latitudine frontis cuiusque praedij: si mediam partem fluminis tenet, communis est eorum qui propè ripam praedia possident, (a) quae omnia tã quo ad proprietatem, (b) quã quo ad vsum (c) intelliguntur: in mari nata cedit occupanti. (d)*

(a) §. insula 22. Inst. h. t. vbi Balduin. V Vef. & Schneid. l. 7. §. insula cod. (b) d. §. insula & d. l. 7. (c) l. pen. §. vlt. de flumin. Contra Cuiac. 14. obser. 11. in fin. & sic vsus non erit publicus. (d) d. §. insula d. l. 7. Donell. 4. comm. 29.

XIV.

*Huc pertinet aluei mutatio & inundatio: verum inundatione derelictus fundus manet prioris domini: alueus autem à flumine relictus, eorum quorum proxima sunt praedia, proprius est: nouus autè alueus publicus efficitur: quod si post aliquod tempus ad priorem alueum reuersum fuerit flumen rursus nouus alueus eorum esse incipit, qui propè ripam eius praedia possident.*

§. 23. 24. & ibi Cuiac. V Vef. Schneid. h. t. l. 7. §. quod si cod. Donell. latè d. lo. cap. 28. Connan. 3. comm. 5. vbi à nobis partim dissentit.

XV.

*Procreatio est accessio ex ipsius rei corpore proueniens: (a) quod enim ex re mea nascitur, siue in fructu sit, vt animalium fetus lac, pilus, lana, siue non, vt partus ancilla (b) nobis acquiruntur.*

(a) Vult. d. lo. (b) §. 19 & 37. vbi V Vef. Inst. h. t. l. qui vas 48. §. 6. de furt. l. in pecudum 28. de vfur. Cuiac. ad l. 4. ad verb. si defuncti. de vscap. Corraf. §. Miscel. §. Diff. Ioan Copus lib. 1. de fructibus tit. 1. cap. 3.

XVI.

*Aedificatio, siue fiat in solo suo ex aliena materia, (a) vel in solo alieno ex sua materia (b) dominus soli fit dominus aedificij. Priori casu etiam si dominus materiae, eiusdem maneat dominus, non tamen eam vindicare, aut ad exhibendum agere potest, sed pro dita est illi actio de tigno iuncto quae in duplũ ex l. 12. tab. descendit. (c) Et aduersus bonafidei quoque possessorem datur. (d) Dominum etiam soli, tignum, vt illud domino restituat, ne duplum praestet, eximere posse defendemus. (e)*

(a) §. 29. Inst. h. t. d. l. ad cõ 7. §. cum in suo h. t. (b) §. 30. Inst. h. tit. d. l. 7. §. ex diuerso h. t. (c) d. §. 29. & d. l. 7. §. cum in suo h. t. (d) l. in rē 23. §. tignum. De rei vind. l. gemma 6. ad exhib. Cuiac. in par de tig. iunct. & 23. obs. 19. & ad d. §. 29. & ibi Schneid. Contrarium tenet Bartol. in d. l. in rem. V Vef. ad d. §. 29. num 5. Duar. in tit. de tig. iunct. Goedda. ad l. tign. 62. de V. S. num. 7. cum seqq. (e) §. cum in suo. ibi, cogatur. Donell. d. lo. cap. 29. Diff. Cuiac. d. loco post Accurf. in d. l. in rem §. tignum.

XVII.

*Posteriori casu, qui sciens in alieno aedificauit, materiae proprietatem amittit, (a) impensarum tamen ratio hic habenda est, & bonafidei possessor non solum necessarias, (b) sed etiam vtiles (c) vt & voluptuarias (d) deducit. Malafidei possessor necessarias (e) deducit, vtiles (f) & voluptuarias (g) tollit. Secundum quod tempus autem impensarum aestimatio facienda sit cum distinctione explicabimus. (h)*

(a) d. §.



(a) d. §. ex diuerso d. l. adeo. (b) l. sumptus 48. de rei vind. l. Paulus 14. de dol. mal. ex  
cepr. §. 30. Inst. h. t. (c) l. in fundo 38. de rei vind. l. plane 39. de petit. hered. (d) tex. in d. l. pla-  
ne. Anton. Fab. 2. coniect. 1. Diff. Menoch. de recuper. poss. remed. 15 nu. 530. Alciat ad l.  
impensæ 79. de V. S. (e) l. domum 5. C. de rei vind. l. sumptus 48. d. tit. (f) tex. in d. l. domū.  
& l. Iulianus 37. de rei vind. Ant. Fab. d. lo. Contra Cuiac. 10. obser. 1. (g) d. l. in fundo vers.  
constituimus. Garf. tractat. de expensis & melior. cap. 5. num. 9. cum seqq. per l. idem que  
10. §. idem que 10. Mand. d. l. plane. Faber d. lo. Diff. Accurs. in d. l. in fundo. Goedda. in d. l.  
Impensæ de R. l. (h) Menoch. d. loco nu. 557. cum seqq.

### XVIII.

*Ad fructus ex aliena re perceptos quod attinet, rursus distinguimus. Et quidem mala-  
fidei possessor omnes fructus tam extantes quam consumptos: (a) tam naturales quam in-  
dustriales: (b) siue sit locupletior factus siue non: (c) Imò etiam percipiendos (d) resti-  
tuere tenetur, ita vt in horum computatione ad personam actoris fiat relatio. (e)*

(a) l. certum 22. C. de rei vind. (b) §. 2. vers. & si hereditas, de offic. iud. l. 2. C. de fruct. &  
lit. expens. arg. à contrario sensu §. si quis à non domino 35. Instit. h. t. (c) d. l. certum. & l.  
40. §. prædo. de petit. hered. (d) d. l. certum, l. 1. C. de fid. & iur. hast. in tm. d. §. 2. de offic.  
iud. l. ait prætor 10. §. & fructus 20. Quæ in fraud. cred. Diff. Accurs. in l. ex diuerso, de rei  
vind. (e) l. si nauis 62. de rei vind. l. sed & partus 12. Quod met. caus. Menoch. pulchrè Re-  
med. 1. recuper. possess. nu. 414. cum seqq. Contra Bartol ad d. l. ex diuerso. Sichard. ad l.  
domum. 5. C. de rei vind. num. 4. Cottal. in l. in summa 65. §. in frumento. de cond. indeb.

### XIX.

*Contrà bonafidei possessor fructus tam naturales (a) quam industriales, (b) non qui-  
dè perceptos sed cōsumptos, (c) suos facit: exceptis ijs ex quibus locupletior factus est. (d)*

(a) l. bonafidei 48. h. t. l. in pecudū 28. de vsur. l. 4. §. lana. de vsucap. VVef. ad d. §. si quis  
à non domino nu. 10. h. t. Vult. discept. scholast. cap. vlt. Anto. Fab. 4. coniect. 17. Diff. Acc  
curs. in d. l. ex diuerso. (b) d. §. si quis à non domino. (c) l. quæsitum 40. in fin. h. tit. l. 4. §.  
post litem. fin. regun. VVef. & Fab. d. lo. Diff. Donell. tract. de fruct. b. cap. 4. & 4. com. 26.  
vid. Couarr. 1. resol. 3. (d) l. Sed et si lege 25. §. 11. l. illud 40. §. 1. de petit. hered. Bart. in l. & ex  
diuerso 35. nu. 7. de rei vind. Couarr. d. loco. Contra Pinell. ad l. 2. C. de rescind. vend. part.  
2. cap. 4.

### XX.

*Quando autem bonafidei possessor incipiat mafidei possessor fieri ex ambiguis est qua-  
stio? & tam per scientiam (a) quam iudicium ceptum (b) malam fidem induci verius est.*

(a) l. qui bona fide 23 §. tam diu, l. 48. §. in contrarium, l. quæsitum 40. h. t. (b) l. qui scit  
in fin. de vsur. l. quæsitum 91. §. fin. de leg. 1. Vult. d. lo. in fin. Cuiac. tractat. 7. Ad African.  
(mihi) fol. 328. Negat hos text. conciliari posse. Baro Hotom. in d. §. si quis à non domino.  
vid. & Couarr. d. loco nu. 7. Menoch. remed. 15. recuper. poss. nu. 615.

### XXI.

*Litera licet aurea, charta cedunt, (a) tabula pictura, (b) sata, plantata, vbi radices  
egerint, solo: (c) purpura licet preciosior sit intexta, cedit vestimento. (d)*

(a) §. literæ Inst. h. t. l. 23. §. sed & id. de rei vind. l. qua ratione 9. §. 1. h. t. Donell. d. lo. cap.  
35. (b) §. si quis in aliena 34. h. t. d. l. 9 §. 2. h. t. Donell. d. lo. ca. 26. VVef. in Isagoge lib. 2. n.  
21. Connan. 3. cō. 6. n. 6. (c) §. si Titius 31. & ibi Cuiac. VVef. h. t. l. 7. vlt. h. t. Donell. cap. 34.  
d. lo. (d) §. si tamen 26. Inst. h. t. & ibi VVef. l. 26. §. 1. h. t. l. cū aurū 19 §. 3. de auro & arg. leg.  
Restat

## XXII.

*Restat Traditio: qua est apprehensio rei iusta voluntate eius qui rei transferenda Ius habet facta.*

l. traditionib. C. de pact. §. per traditionem Inst. h. t. l. 31. de acquir. rer. dom. Donell. d. loc. cap. 17. vid. Cuiac. 4. obs. 3. & 11. obs. 19. Hotom. illustr. quæst. 12.

## XXIII.

*Ergo ut per traditionem dominium transferatur, requiritur, ut tradens sit dominus, vel ut à rei domino eius transferenda potestatem habeat: tum ut dominus quoque in eo consentiat: denique accedat & iustus titulus & iusta causa tradendi. (a) At si in causa traditionis erretur, nihilominus nè dominium transferetur? quod asserimus, quando utriusq; voluntas in transferendo consentit. (b)*

(a) d. §. per traditionem & ibi V Vef. l. traditio 20. d. l. 31 h. t. h. t. (b) l. cum in corpus 36. h. t. Donell. d. loco cap. 16. & 18. Connan. 3. comm. iur. ciuil. 7. nu. 3. & 4. Costal. ad l. si ego 18 si cert. pet.

## XXIV.

*In persona tamen domini requiritur etiam ut sit habilis ad rei dominium in alium transferendū: vnde furiosus pupillus & similes persona dominium non transferunt: (a) Is autem qui nomine domini hoc facit, concessionem habet vel iuris, ut tutor, creditor ex pactione distrabens: vel domini, ut procurator cui id mandatū est. (b)*

(a) l. obligari 9 de autor. tut. l. is cui bonis 6. & ibi Donell. de verb. oblig. (b) §. 1. & 2. Inst. quib. alien. lic. l. 63. de procurat. Donell. d. loco cap. 15.

## XXV.

*Hic exoritur quæstio, an dominiū sine possessione transferatur? Affirmatiuā tuebimur. tex. in d. §. per traditionem Instit. h. t. l. si fundum 16. de fund. dotal. Donell. 4. comm. 19. Diff. Hotom. illustr. quæst. 11. Cont. 1. disp. 8. Zas. ad l. 1. de acquir. poss. vnde nec vacua possessio requiritur. ut etiam vult V Vef. in par. de contrah. empt. nu. 13.*

## XXVI.

*Ex causa igitur emptionis facta traditio non aliter dominium transfert, nisi venditori premium solutum sit, aut alio modo satisfactum, (a) sed an in dubio ex traditione sola presumatur de precio habita fides, inter Dd. controvertitur? negativa placet. (b)*

(a) §. venditæ Inst. h. t. (b) d. §. venditæ, & ibi V Vef. l. quod vendidi 19. de contrah. emp. l. §. 6. sed si dedi. de tribut. act. Donell. d. loco cap. 16. in fin. Diff. Accurf. Castrenf. in d. l. §. Schneid. in d. §. venditæ. V Vef. in para. de contrah. empt. n. 13. Costal. ad d. l. quod vendidi.

## XXVII.

*Traditio alia est vera, alia ficta. Vera est, cum facto ipso traditionis transfertur dominium. (a) Ficta est, qua fit voluntate nuda tantum vel verbis alijsq; signis, siue etiā instrumentis declarata: (b) Huc refer traditionem clauium (c) scientiam & patientiam (d) custodie appositionem (e) retentionem vsusfructus: (f) & similia.*

(a) d. §. traditionem & seqq. Inst. h. t. d. l. 9. §. 3. h. t. (b) §. interdum, & ibi Mynf. h. tit. (c) §. item si quis 44. h. t. l. clauib. 74. de contrah. empt. (d) l. 2. C. de acquir. possess. & ibi Salic. (e) l. quarundam 51. d. tit. (f) l. quisquis 28. §. si qui habentur, C. de donat. Donell. 4. comm. nt. 18. Hotom. illustr. quæst. 11.

153255

AB: 153255


(X2203998)

K.



*De legibus et constitutionibus Imperatorum*





THESES  
 DE ACQVIREN  
 DO RERVM DOMINIO.

AS, DIVINI NUMINIS AVXILIO,  
 PRAESIDIO CLARISSIMORVM AC CONSVL-  
 morum virorum, D. Ioannis Michaëlis Cronenbur-  
 & D. Ioannis Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatore  
 Fisco, in celeberrimo Iuridicæ facultatis, apud  
 Vbios Collegio, antiquo de more dispu-  
 tandas proponit.

VILHELMVS A DORNE  
 DANTISCANVS.

no recuperat & per Christum salutis CIC, IC. XCII.  
 XIII. Nouemb.



COLONIAE AGRIPPINAE  
 EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.



80

